Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



58

bethania uicina ciuitati stadijs xv. ¶ Multi
aut ex iudeis uenerant de iherusalem ad mariam et
martham ut consolarentur eas de fratre suo. quia erat
nobilis domine. et locus erat prope satis. ¶ Martha autem
que habitabat cum domino ut audiuit quia ihesus uenit.
occurrit illi reuerenter et deuote. ¶ Maria autem domi
sedebat cum iudeis qui uenerant ad eas. Dixit ergo
martha ad ihesum Domine si fuisses hic frater meus
non fuisset mortuus. sed et nunc scio quia quecumque
poposceris a deo dabit te deus Dicit illi ihesus Resurget
illa intellexit de resurrectione futura. et ideo dicit ei martha.
Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die Dicit
ihesus Ego sum resurrectio causaliter tui quia ipse resurrectio
et ita nos resurgimus. tui qui resurrectio generalis futura fiet uirtute
xpi uocantis mortuos ad iudicium. et uita per essentiam
propter quod sicut ita uite omnibus uiuentibus. et possum dare
uitam mortuis. qui credit in me etiam si mortuus
fuerit per lapsum in peccatum morte. uiuet finaliter uita
gratie. et omnis qui uiuit et credit in me fide formata
caritate. non morietur in eternum morte eterna. cum
uiuus moriatur morte temporali ad soluendum debitum
nec credis hoc. ¶ Ait illi uerbis domine Ego credidi
quia tu es xpus filius dei uiui natus. qui in hunc
mundum uenisti non per mutationem loci. sed per carnis
assumptionem. Et cum hoc dixisset statim abiit et uocauit
mariam sororem suam. ut audiret bonos sermones
quos ipse audierat a xpo. silencio propter iudeos presentes
quorum alique erant xpum machinabantur aliquis ad e
et uocat te. Illa autem ut audiuit surrexit cito
et uenit ad eum Nondum enim ueniebat ihesus in castellum.

resurget fratrem tuum

dicens